
inches
cm

...pius et uirgo. in
...agis ingerendo se in
...nsione contrahit.
...ne se cognoscit. Dum
officiosus ee. in iuri
. sicut ille ineuglio.
scor. inuitatus ad
...enire ausus est. ueste
...s nuptialem. Et cum
...eret iusticia. Alius
...le. Alius castitate ful
... solus conscientiae se
...llutus. cunctis splen
...formi orrore sorde
...anto plus simul dis
...u beatorum cande...

Alius estuet cybo. Alius famen
frigusque sustineat. Ille eruc
tet hesternam indigestionis
crapulam. hic hesternam ieiu
nii inediam non resoluit.
Aut quierit nostre orationis ef
fectus cum petimus ut libere
mur ab inimicis qui non sumus
liberales inferius. Simus imi
tatores domini nostri. Si enim ille
pauperes in celesti gratia uoluit
nobis esse consortes. cur nobis
non sint in substantia terrena
consortes. Nec extranei sint
alimoniis. qui fratres sunt sacramentis.

Precedit ep(isto)la su(m)mo po(n)tifici d(e)stinata: s(upe)r legenda(m) s(an)c(t)e clare. ij.

Quasi veteranu(m) m
undo senecta ve
gente fidei caligabat
visus morum nuta
bat gressus marcebat
virilium operum forti
tudo et quin imo feces
te(m)p(or)um feces commutaba
tur et vitiorum: cum amator
hominum deus ex sue pietatis
archano sacrorum ordi
num suscitat novitatem
et promovit per eos et fidei
fulcimentum et reforma
ndis moribus disciplinam.
Dixerim certe modernos
patres cum suis sequaces
luminaria orbis vie duc
tores rite magistros in quibus
meridianus fulgor mun
do ad vesperam consurrexit
ut lumen videat qui in tene
bris ... ambulat. Nec diu
it infirmior sequi adiu
torium simile sibi ... a gurgite
dinis gurgite incepturum
non minor ad peccandum
trahebat voluptas: cum ma
ior satis fragilitas impellebat.
Suscitavit propterea piissimus deus
virginem claram venerabilem
atque in ea clarissimam feminis
lucernam accendit: quam et
tu p(ate)r b(eatissi)me sup(er) candelabru(m)
ponens ut luceat omnibus qui
domo sunt. virtute cogen
te signorum sanctorum catha
lago asscripsisti. Tuum ordinem
te patrem colimus. te
nutricem famulis. te prote
ctorem amplectimur. te d(omi)n(u)m
veneramur: quem sic p(ri)ma
vice navis regimini univer
salis sollicitat et ut p(ro)vide ...
navicule curam ...
et solitam non relinquas ...
Sane placuit ...
mee parvitati iniungere
ut recensitis actibus ...
clarare legendam eius forma
rem: opus certe quod mea
multum ruditas formida
bat et n(isi) pontificalis auc
toritas iubens coram ...



iterum atque iterum repeti
fecit. Igitur me colligens
ad mandatum nec tu
tum ratus per ea procedere que
defectiva legebam: ad so
cios beati Francisci. atque
ad ipsum collegium virginum
Christi perrexi. et frequenter
illud corde revolvens non
licuisse antiquitus ysto
riam texere. nisi hii qui
vidissent aut a videntibus
accepissent. Huius in quam
veritate pura cum timore domini
me plenius instruentibus
aliqua colligens et plura di
mittens plano stilo conscripsi:
ut quia magnalia vir
ginis virgines legendo delecta
bile. et rudior intelligentia
non inviat: ubi pro li
torum ambitu tenebres
cit. Sequantur igitur viri
viros verbi incarnati
novos discipulos imiten
tur femine Claram dei ma
tris vestigium novam capita
neam mulierum. Vos
autem sanctissime pater sicut in
his corrigendi subtrahen
di et addendi plenam habetis
auctoritatem: ita mea per omnia
per omnia subiacet concordat
flagitatque voluntas. Vale
re vos faciat dominus Ihesus Christus nunc
et in eternum. Amen.

Incipit legenda sancte Clare virginis
et primo de ipsius ortu.

Admirabilis femi
na Clara vocabulo
et virtute de civitate Assi
sii claro satis genere orta
originem beato Francisco pri
mum concivis in terris et conreg
nans postmodum in excelsis.
Pater ei miles et tota utrimque
progenies militaris pa
rente et domus parente co
piose iuxta morem patrie
facultates. Mater ei nomine
Ortulana fructiferam in or
to ecclesie plantulam paritura
fructibus bonis et ipsa non me
diocriter abundabat. Nam quamvis
maritali iugo subdita quamvis
curis familiaribus alligata

vacabat tamen pro posse divinis
obsequiis. et insistebat ope
ribus pietatis. Ultra mare si
quidem cum peregrinantibus
devota transivit. et loca illa
perlustrans quae deus homo sacris ve
stigiis consecravit. tandem cum
gaudio remeavit. Iterum
ad sanctum michaelem archan
gelum causa orationis accessit. et
apostolorum limina devotius vi
sitavit. Quid plura. ex fructu
tu arbor cognoscitur. et fructus
ex arbore commendatur. Praeces
sit in radice divini copia
muneris. ut in ramusculo
sequeretur habundantia sancti
tatis. Praegnans denique mulier
et partui iam vicina cum ante crucem
in ecclesia crucifixum attente ora
ret ut eam de partus pericu
lo salubriter expediret. vocem
audivit dicentem sibi. Ne pa
veas mulier quia quoddam
lumen salva parturies quod
ipsum mundum clarius illustrabit.
Quo edocta oraculo. natam
infantulam sacro baptismate

renascentem claram vocari ius
sit. et sperans promissi luminis
claritatem pro divinae beneplacito
voluntatis. aliqualiter fore
complendam. De conversati
one in domo paterna.

Edita mox in lucem par
vula clara tempestiva sa
tis in umbra saeculi coepit clarescere
lumine. atque in teneris an
nis moribus splendescere probitate.
Docili corde primum ex matris
ore fidei rudimenta suscepit. et
spiritu interius conflante pariter
et formante vas revera puris
simum vas esse innotuit gratiarum.
Extendebat libenter ad pauperes
manum suam. et de habundantia
domus suae supplebat inopi
as plurimorum. Et ut suum
sacrificium gratius esset deo. pro
prio corpusculo delicata sub
trahebat cibaria. et clanculo per
internuntios mittens. reficiebat
viscera pupillorum. Sic ab
infantia secum misericordia crescente
mentem compassivam gerebat. mi
seriarum miserias miserantem

sancte orationis studium habebat amicum et ubi sepius odore bono respersa: paulatim vitam celestem actitabat. Quoniam signacula non habebat quorum evolutione diceret pater noster: congerie lapillorum suas orationculas domino numerat. Ubi ergo sancti amoris stimulos primitivos sentire cepit: mundani floris picturam instabilem iudicat contempnendam. et spiritus unctione docta vilibus pretium imponere vilitatis. Sub vestibus namque preciosis ac mollibus ciliciolum gerebat absconditum: mundo exterius florens christum intius induens. Denique suis eam nobiliter maritare volentibus nullatenus acquievit: sed dissimulato in posterum mortali coniugio virginitatem suam domino committebat. Talia fuerunt in domo paterna sue delibamenta virtutis: tales primitie spiritus. et talia preludia sanctitatis. Tantis itaque redolens unguentis: velud cella aromatum licet clausam ipsa sua fragrantia manifestat. Ore siquidem vicinorum laudari nescia cepit: et secretos actus veridica fama prodente: rumor bonitatis eius vulgabatur in populo.

De notitia et familiaritate beati francisci.

Audiens non tunc celebre nomen francisci. qui velud novus homo oblitteratam in mundo perfectionis viam novis virtutibus renovabat: mox eum audire desiderat. et videre. et suadente hoc patre spirituum: cuius iam uterque licet differenter ceperat primitiva. Nec minus ille tam gratiose puelle celebri fama perflatus videre hanc et alloqui cupit. et si quomodo qui totus inhiabat ad predam regnum quod mundi depopulaturus advenerat nobilem istam predam seculo nequam possit eripere: suo quoque domino vendicare. Visitat ille illam et sepius ista illum: visitationum suarum tempora moderantes et quibus divinum illud studium ne preoccupari ab homine possit: nec rumore publico decolorari. Nam unica tantum familiari socia

comitante paranymphos lares puella
egrediens clandestinos ad virum
dei frequentabat accessus: cuius
sibi verba flammantia eiusque ultra
homines opera videbantur. Hortatur
eam pater Franciscus ad mundi
contemptum: spem seculi aridam et spem
deceptam vivo sermone demonstrans
instillat auribus eius dulcia connu-
bia Christi: suadens virginalis pudici-
tie margaritam beato illi sponso
quem amor humanavit fore suam
dandam. Quid immorer multis.
Instante patre sanctissimo et more
fidelissimi paranymphi solerter a-
gente: non trahit in longum virgo
consensum. Aperitur ei protinus
eternorum intuitus gaudiorum: quorum
conspectu mundus ipse vilesceret. quorum
desiderio a semetipsa liquesceret et quorum
amore ad supernas nuptias an-
helaret. Celesti namque igne suc-
censa terrene gloriam vanitatis sic
exalto contempsit ut nichil iam de
mundi applausu eius affectibus
inhereret. Carnis quoque illece-
bras perhorrescens: iam thorum in delicto
se nescituram proponit et soli deo
de corpore suo templum facere cupi-
ens et magni regis connubia
virtute promereri contendens. Ex
tunc Francisci consilio se to-
tam committit: ipsum post deum sta-
tuens sue directionis aurigam.
Pendet ex modo anima eius ad sacra
illius monita et de bono Ihesu ca-
lido excipit pectore: quicquid
promit ille sermone. Moleste iam
fert secularis ornatus decorem: et
quasi stercus arbitratur omnia que foris ap-
plauduntur. ut Christum lucrifacere
possit. Qualiter per beatum Franciscum
conversa de seculo ad religionem transivit.

Ne speculum illiba-
te mentis mundanus pul-
vis ulterius inquinaret. aut contagi-
o secularis vite agrimoniam fermentet
enite: properat claram educere pius
pater de seculo tenebroso. Instabat
palmarum sollempnitas dies sollempnis
et ad virum dei puella fervido cor-
de se confert: sciscitans de sua con-
versione quando et qualiter sit agendum. Iu-
bet pater Franciscus ut in die festo
compta et ornata procedat ad pal-
mam inter frequentiam populorum: ac nocte se

sequenti exiens extra castrum mun-
danum gaudium in luctu commutat
dominice passionis. Die itaque domi-
nico veniente: in turba dominarum splendore
festivo puella perradians cum reli-
quis intrat ecclesiam. Ubi illud
digno presagio contigit: ut ceteris
ad ramos euntibus dum Clara pre
verecundia suo in loco maneret
immota. pontifex per gradus descen-
dens usque ad eam accederet: et palmam
suis in manibus poneret. Nocte
sequenti ad sancti mandatum se preparans:
optatam fugam cum honesta societa-
te aggreditur. Cumque hostio con-
sueto exire non placuit: aliud
hostium quod lignorum et lapidum pondus
obstruebatur miranda sibi forti-
tudine propriis manibus reseravit.
Igitur domo. civitate. et consangui-
neis derelictis ad sanctam Mariam de
Portiuncula festinavit: ubi fratres
qui in aula dei sacras excubias
observabant virginem Claram cum lumi-
naribus receperunt. Mox ibi re-
lictis sordibus babilonis mundo
libellum repudii tradidit: ibi ma-
nu fratrum crines deponens omnia

tus varios dereliquit. Nec decuit
alibi florigerum virginitatis or-
dinem advesperascente tempore excitari:
quam in eius aula que prima omnium
atque dignissima sola extitit
mater et virgo. Hic locus ille
est in quo nova militia paup-
erum duce Francisco felicia su-
mebat primordia ut liquido vi-
deretur utramque religionem mater mise-
ricordie in suo diversorio parturire. Cum
autem coram altari beate Marie
penitentie suscepisset insignia
et quasi ante thorum huius virginis hu-
milis ancilla Christo nupsisset
statim eam ad ecclesiam sancti Pauli
sanctus Franciscus deduxit. ut donec
aliud provideret altissimus in
eodem loco mansuram. **Qua-
liter a consanguineis impugnata stetit.**

Ad consanguineos autem rumore volante di- firma perseverantia stetit
lacerato corde factum et propositum
virginis dampnant: et conglobati in
unum currunt ad locum temptant
quod optinere non possunt.
Violentie impetum. venena consi-
liorum. blanditias adhibent

promissionum: suadens abhu-
modi uilitate discedere et quia
generi congruat nec exemplum
habeat in contrata. At illa
pannos apprehendens altaris
caput denudat attonsum: fir-
mans se nullatenus a christi seru-
itio ulterius auellendam. Crescit
animus bello crescente suorum.
et uires que ministrat amor
iniuriis lacessitus. Sic sic per
plures dies cum in uia dei obicem
pateretur et sui se opponerent
eius proposito satagentes: non collap-
sus est animus. non feruor
remissus. et tamen inter uerba et odia
ad spem animum tam diu reformat:
donec propinqui retusa fron-
te quiescunt. Paucis interiectis
diebus ad ecclesiam sancti angeli de pa-
go transiuit. et ubi cum non ple-
ne mens eius quiesceret tandem
ad ecclesiam sancti damiani beati
francisci consilio commigrauit.
Ibi mentis anchoram quasi
in certo figens: non iam pro
loci mutatione ulterius fluctuat
et non pro artitudine dubitat.

nec pro solitudine reformi-
dat. Hec est illa ecclesia in cuius repa-
ratione franciscus miro desudaue-
rat studio: cuiusque sacerdoti
pecuniam obtulerat. pro opere re-
parando. Hec est in qua dum franciscus
oraret: uox ad eum de ligno cru-
cis dilapsa insonuit. Franci-
sce uade repara domum meam:
que ut cernis tota destruitur. In
huius loculi ergastulo pro celestis
amore sponsi uirgo se clara conclu-
sit: in hac se a mundi tempesta-
te celans corpus quoad uixerit
carcerauit. In huius cauerna ma-
cerie columba deargentata ni-
dificans uirginum christi collegium
genuit. monasterium sanctum institu-
it. et pauperum dominarum ordinem in-
choauit. Hic in uia penitentie et
glebas membrorum terit et hic
semina perfecte iustitie seriat: et hic
incessu proprio signat. uestigia
secuturus. In hoc arto reclu-
sorio per .xlij. annos discipline
flagellis frangit sui corporis
alabastrum: ut domus ecclesie
repleatur fragrantia unguentorum.

ubi quia glose quersata sit
tu ōmū apte narrabitur:
sit quot 7quāte aīe p eam
ad xp̄m venerit p̄mo nāēt.

De fama uirtutū ei cūq3 diffusa.

Spargitur ē paulo post
opinio scītatis ugīnis
clare p prouīnas regiōes: 7
in odore unguētorū eius mu
lieres undiq3 cūrūt. festi
nant uirgines ei exēplo ꝯ
suare quod sunt: maritate
castius agē satagūt. Nobiles
7 illustres āplis ꝯtēptis pala
tiis. arta sibi monastia ꝯstru
unt: atq3 pro xp̄o in cinere 7
cilicio uiuē magnā glām du
cunt. Concitat nichilominus
ad īquoīquinata cētamina 7
iuuenū īpetus 7 ad carnis asp
nenda ludibria p̄fortiusq
ris sexus exēpla fortia prouo
catur. plēs ōnīq3 matrimonio
iuncti. mutuo ꝯsensu ꝯtinētiā
se lege uīcientes: uiri ad or
dines. uxores ad monastia
transeunt. Mater. filiā. fili
a matrē inuitat ad xp̄m. 7
soror sorores allicit 7 amita
neptes. Oēs emulo feruore
xp̄o suire desiderant: oēs hu
te anglice q̄ p clara ī clarūt
fieri p̄ticeps optant. Innumē
uirgines clare rumorib3 excita
te: dn̄ ad claustralē uitā funi
te nō p̄ualent. 7 ī patriis do
mibus sine reglā. reglarītē
uiuē student. Tanta h̄ et illius
geminina uirgo clara suis
parturiebat exēplis: ut in
ea uideretur īpleri ꝓpheticum
illud. Multi filij deserte ma
gis quā ei q̄ h̄t uirū. **Quō
rumor bonitatis eius 7 ad lō
ginqua peruenit.**

Interea nec celestis h̄ bndictō
nis uena que in ualle spo
letana scaturiit. breue sīfra
t̄minos obcludatur: sic di
uina prouidētia diruat in
āne. aut fluminis ī petus tota
ecc̄e letificet ciuitatem. Nā
fatarū nouitas rerū longe
lateq3 transiuit in orbem: 7
ubiq3 auis cep̄ luctare. xp̄o.

Clausa manens clara toto clarescere mundo incipit: et laudum titulus preclara refulget. Replet fama uirtutum eius cameras dominarum illustrium. et attigit ducissarum palatia: ipsarum quoque penetrat penetralia reginarum. flectitur nobilitatis apex ad eius sectanda uestigia: et altis prebis sanguinis genere sancta humilitate degenerant. non nulle in ducum ac regum matrimonio digne clare imitante promio artam penitentiam faciunt: et que potentibus nupserant claram suo modulo imitantur. Ornantur monasteriis innumere ciuitates: ipsa quoque campestria et montana huius celestis edificii fabrica decorantur. Multiplicatur castitatis cultus in seculo clara sanctissima precedente et reclusarum ordo uirgineus in medio reuocatur. Huius tuis floribus quos clara peperit feliciter hodie innatat ecclesia: quibus et ipsa fulciri postulat dicens. Fulcite me floribus et stipate me malis: quia amore langueo. Sed iam ad propositum stilus redeat: ut eius conuersatio qualis fuit innotescat. De sancta ipsius humilitate.

Nec secus ordinis lapis primarius ac nobile fundamentum: in fundamento sancte humilitatis uirtutum omnium fabricam ab ipso principio studuit collocare. Beato namque francisco obedientiam sanctam promisit: et a promisso nullatenus deuiauit. Triennio uero post suam conuersionem nomen et officium abbatisse declinans humiliter subesse uoluit potius quam preesse: et inter ancillas famulari libentius quam famulari. Cogente autem beato francisco suscepit tandem regimen dominarum: de quo in corde suo timor non tumor exoritur et nec libertas sed famulatus augmentatur. Quo enim aliqualis prelationis specie altior cernitur: eo re

putatte ꝑpua uilior. obse
quio proprior. cultu des
pectior reperitur. Nullos
iam famulatum respuit
actus: adeo ut plerumque
sororum manibus aquam in
fundente. et sedentibus ab
sistente: comedentibus minista
ret. In uita ualde aliquid
pripit sponte mea uo fuit
magis eligens pse ipam
facere quam sororibus imparare.
Infirmarum sedulia ipa
lauabat ipa tergebat.
suo illo nobili spu nec
sordida fugiens nec fe
tida porrescens. pedes
famularum de foris red
euntium sepius abluit.
et ablutos oscula impri
mit. Lauaba semel cui
dam furentis pedes et
quos dum deosculari pro
perat illa tantam humi
litatem non ferens pede sub
trahit: dominamque suam pede
in ore percussit. At illa pede

famule blande resumit et
sub ipa si planta strictum
osculum figit.

Paupertati spe quam uehemen
tius est: paupertas rerum
omnium continebat. Ac pri
mum in sue conuersionis initio
paternam hereditatem que ad
eam peruenerat distrahi fe
cit: sibique de precio nichil res
uans totum pauperibus erogauit.
Hic censo foris relicto men
te intus ditata: pro xpo sine
sacculo exonerata peruenit.
Tantum denique cum sca paup
tate fedus iniit amore
quod contraxit et ut nichil proprium
habere uellet: nichil
suas filias possidere permitteret.
Nequaquam celestis desiderii
pregustans margaritam que
uenditis omnibus comparatur
arbitrabatur cum temporalium
mordaci sollicitudine pos
sidendam. Inculcat sui
frequenti sermone sororibus que

acceptabile deo illud fore col
legium cum paupertate fuit opu
lentum et tunc pretioso stabile
permansurum et si altissime
paupertatis modulo christo pau
peri conformari: quem paup
cula mater in arto presepio
reclinavit. Hoc est peculiari re
cordatorio qui monili aureo
suum fabulabat pectus: ne
terrenorum pulvis ad interio
ra transiret. Volens denique
religionem suam intitulari ti
tulo paupertatis: a bone me
morie innocentio tertio paup
tatis privilegium postulavit.
Qui vir magnificus tanto
virginis fervori congratulans
singulare dixit esse propositum:
quod numquam tale privilegium
a sede apostolica fuisset postulatum.
Et ut insolite petitioni favor
insolitus arrideret: pontifex
ipse cum hilaritate magna pe
titi privilegii primam notu
lam sua manu conscripsit. Et
Felicis recordationis domini pape gregorii

vir sicut sede dignissimus
ita meritis venerandus: pa
terno affectu sanctam istam artius
diligebat. Cui cum suaderet
ut propter eventus temporum
et pericula seculorum aliquas
possessiones assentiret habere quas
et ipse liberaliter offerebat forti
ssimo animo restitit et nullatenus
acquievit. Ad quod respondente
pontifice si votum formidas
nos te a voto absolvimus:
sancte pater ait nequaquam a christi
sequela in perpetuum absolvi de
sidero. Elemosinarum frag
menta paniumque minutias quas
elemosinarii comportabant: val
de suscipiebat hilariter et quasi
mesta de panibus integris exul
tabat potius in fragmentis. Quid
multa? Satagebat pauperi
crucifixo paupertate perfec
tissima conformari ut nul
la res peritura amantem ab a
mato secluderet: aut cursum
eius cum domino impediret. Occurrunt
ecce duo miracula: que paup

tatis amatrix meruit ope-
rari. Miraculū de multipli
Unicus erāt. catiōe panis.
in monastio panis: cuz
iam instarent 7 fames 7 ho
ra edendi. Dispēsatrice uo
cata iubet sc̄a panē diuidē:
partemq; frībus mittē. ptez
intus pro sororibꝫ retinere
de quo retēto dimidio iubet
quinquaginta fieri iuxta dn̄a
rum nūm incisuras: et eis ī
mensa paupertatis apponē.
Cui cū deuota filia respōdēt
necc̄ia h' fore antiqua xp̄i mi
racula ut tam modicū pa
nis quinquaginta recipēt
sectōes: respondit mat' 7 dix̄.
Fac filia secura quod dico.
Properat filia matris iplē
mandata: ꝑperat mat' ad
xp̄m suū pia ꝑ filiabꝫ de
stinari suspiria. Crescit di
uino munē intra frangēti
manus ꝑua illa materia:
7 cuilibet de conuentu sua
exsistit portio copiosa. Mirā
culū de oleo ꝗ diuīitus dato.

Vase quodam xp̄i ancillis
sic ex toto defecerat oleū
ut nullum adeēt saltē pro
debilibus condimentum.
Accipit dn̄a clara uasculuz
uniū: 7 hūilitatis magr̄a su
is manibꝫ lauat. ponit ua
uacuū seorsū ut frē elymo
sinarius illud accipiat: uo
catur ipē frē ut pro acquirēdo
oleo uadat. Accelāt deuotus
frē ut succurrat inopie tāte
7 assumēdū uasculū unuz
currit. Non autē uolentis ē
neq; currentis s; miserentis ē
dei. Et ē solo influēte deo ua
illud plenū oleo reperitur. Op
ulente scē clare orōe fris ob
sequiū: in solamē paupū fi
liarum. At uo frē pdcūs qi fru
stra uocatus fuisset: submi
muris dixit. Derisione me
iste femine uocauerunt: cuz
ecce uas plenū exstat. De
mortificatione carnis.
De miranda carnis mace
ratione silē magis quā loq

forsitan expediret: qui talia
fecit in quibus audientium
stupor cum rerum ueritate concertet.
Non illud magnum quod simpla.
tunicula et uili mantello de
uili panno tegebat potius
quam fouebat corpusculum:
nec illud mirandum quod calci
amentorum penitus ignorabat
usum. Non magnum erat omni
tempore continuare ieiunia nec cu
bili lectulo sine pluma. In
huius enim dum reliquias in suo cla
ustro habuit similes: laudes
fortasse non meruit singu
lares. Sed que conuerso carnem in si
gnice ad uestem porcinam: et
procurauit est sibi uirgo sanctis
sima ueste de corio porci: que
uersa ad carnem yspida ton
sura pilorum et secto sub tuni
ca deferebat. Utebatur non nunquam
quam duro cilicio de pelle equo
rum nodose contexto quod de cordul
rudibus stringebat ad corpus.
Hanc uestem uni de filiabus
dum petenti accomodasset
illa que uestisset: tante p
tinus asperitati succumbens non
tam yllariter petiit quam celiter
post ei dominum resignauit. Nu
da humus et uiridum uinea
rum sarmenta erant pro le
ctulo et lignum quod durat presta
bat sub capite officium pului
naris. Processu uero temporis factorum
debilitato corpore strauit et capi
ti modicam paleam clemens
indulsit. Postquam autem cor
pus tam seuere tractatum longa ce
pit occupare infirmitas:
iubente beato francisco sacco
pleno paleis usa est. Porro
ieiunus tantus erat rigor ab
stinentie sue. et ut de uiatico te
nui quod sumebat uix corpus alere
uideretur. nisi eam uirtus alia sub
stentaret. Sanitatis namque
tempore maiorem quadragenam
et quadragesimam sancti marti
ni totidem in pane et aqua ie
iunabat: solis diebus dominicis
uinum si habebat gustabat.
Et ut mirens auditor quod
imitari non potest, et tribus die
bus in ebdomada. secunda uidelicet

quarta et sexta feria nichil ultra quadragenis sumebat cibum. Sic alternatim dies pretiose refectionis et dies acre mortificationis sibi invicem succedebant, ut vigilia precedente sollemnitatem que in festum solvebatur panis et aqua. Non mirum si tanta rigiditas multo tempore observata Claram infirmitatibus subdidit: et vires consumpsit et vigore corporis enervavit. Compatiebantur itaque sancte matri devotissime filie: ac mortes illas quas cotidie voluntarie sustinebat lacrimis deplorabant. Post hec tandem beatus Franciscus et episcopus Assisii sancte Clare illud trium dierum exitiale ieiunium interdixerunt precipientes ut nullum transeat diem, et quin saltem unciam et dimidiam panis sumat ad pastum. Et quamvis gravis afflictio corporum afflictionem ex more generet animorum: longe aliter effulgebat in Clara. Preferebat enim in omni sua mortificatione vultum festivum et hylarem: ut vel non sentire vel irridere videretur angustias corporales. Ex quo liquido datur intelligi quod sancta letitia que intus habundabat exterius redundabat, quoniam flagella corporis levigat amor cordis.

De exercitatione sacre orationis.

Que vero sic in carne premortua, sic erat a mundo penitus aliena, continue sacris orationibus et divinis laudibus animam occupabat. Ferventissimam intimi desiderii aciem fixerat iam in lucem, et que globum circumvolvebat terrenorum voluminum, sinum mentis latius expandebat ymbribus gratiarum. Longis post completorium temporibus cum sororibus orat, et lacrimarum profluvia diu in ipsa prorumpentia in ceteris excitantur. Postquam vero ceteras fessa membra duris adhibebat reponere cubilibus

ipsa in oratione pervigil et continua manebat. Et tunc venerat
cum illo surgens furtive silentio, sopore gravato exci-
passet. Post completorium ad orationem pro-
strata in facie terram infundit
lacrimis osculis quae demulce-
ret semper suum Ihesum tenere vide-
atur in manibus, et sicut pedes
lacrime ille fluant et oscula
imprimantur. Lacrimanti
semel profunda nocte astitit
angelus tenebrarum in forma
nigri pueruli, et ipsam mon-
uit dicens: Ne tantum plores
quoniam ceca fies. Cui cum illa protinus
respondisset: Cecus non erit qui Deum
videbit, confusus ille discessit.
Eadem nocte post matutinum orante
Clara et irriguo solito balne-
ata, monitor fraudulentus
accessit: Ne tantum, inquid, fle-
veris, ne tam diu resolutum ce-
rebrum per nares emiseris, quia
adhuc tortum nasum habebis.
Cui celeriter respondente: Torturam
nullam patitur qui Domino famulatur,

statim lapsus evanuit. Quanta
sit virtutum fornace fervens
oratio accipiatur, quam suavitate
sentire bonitas divina dulce-
scat, solida indicia probant. Cum
enim ab oratione sancta cum iocunditate
rediret, ignita verba que sororum
pectora succendebant de igne
altaris Domini reportabat. Mi-
rabantur equidem dulce-
dinem ex eius ore procedere,
et clariorem solito faciem apparere.
Pervenerat et dulcedine sua
pauperi Deus et quem in oratione lux
vera repleverat, exterius corporaliter
exemplabat. Sic in mundo labili
sponso suo nobili non labiliter
iuncta, continue de supernis delectatur.
Sic in rota volubili virtute stabili fulta, in vase
fictili thesaurum glorie claudens,
corpore in imis mente permanet
in excelsis. Mos enim erat ad
matutinum prevenire iuniores,
quas per signa silenter excitans provoca-
bat ad laudes. Sepe ceteris dormi-
entibus lampades accendebat, sepe

campanam propriis manibus
ipsa pulsabat. Nullus eam
tempus, nullus in suo claustro
residere locus ubi orandi et
serviendi pignora aspiramine
[illegible] stimulabat. De mirabilibus
orationibus eius et primo de saracenis
mirabiliter effugatis.

Libet sub ordine eius
recitare magnalia sue
[illegible] uitate fidelissima [illegible]
veneratione digna. Illa tem-
pestate qua sub imperatore Frederico
in diversis mundi partibus sustin-
ebat ecclesia: vallis Spoleta-
na de calice ire frequenter bi-
bebat. Erant ibea pro imperatore lo-
catorum castrorum et civitatum expugnandorum
imperiali iussu constitute acies
militum: et saracenorum sagitta-
riorum examina velud apum.
Cumque in assisium peculiarem domini
civitatem hostilis semel furor
irrueret et iam ipsius portis exercitus
appropinquaret. Saraceni gens pessima
que sanguinem sitiunt christianorum et omne ne-
fas impudenter audent apud sanctum damianum
infra loci fines immo intra claustra

virginum [illegible] influxerunt. Li-
quescunt dominarum corda timore
voces tremunt formidine [illegible]
ad matrem referunt fletus su-
os. Que impavido corde se infir-
mam ad hostium duci iubet et ante
hostes poni. precedente eam cap-
sa argentea intus ebur inclusa:
in qua sancti sanctorum corpus devoti-
ssime servabatur. Cumque se to-
tam in oratione domino substravisset:
Christo suo cum lacrimis ait. Pla-
cet tibi domine inermes ancillas
tuas quas tuo amore nutrivi
tradere in manus paganorum. Custodi domine precor has
famulas tuas: quas ego ipsa in presen-
ti articulo custodire non possum.
Mox de nove gratie propitiatorio:
vox quasi pueruli ad eius aures
insonuit. Ego vos semper custo-
diam. Domine ait et hanc si
placet protege civitatem: que nos
pro tuo amore sustentat. Et
Christus ad eam. Gravamina sustinebit
sed meo munere defendetur.
Tunc virgo lacrimosam erigens
faciem flentes confortat dicens.

fite uiros uobis filiole q
nichil patiemini mali. tā
tū in xpo ɔfidite. Nec mo
ra statim canū illorū . re
pressa pauescit audacia. ꝫ
per muros quos ascēderant
celiꝰ exeuntes: orātes uir
tute deturbati sunt. Cōfe
stim clara illis q uirtutē pacis
audierant: studiose sermo
minat dicēs . cauete per
modū kme filie: ne ullē
illaꝫ dū corpus ago cuiq
refertis. It aliud mira
culū de liberatione ciuitatis.

Alio tēpore Vitalis de auersa
Aui gle cupidus ⁊ in
prelis animosus: imperialis
exercitum cui capitaneus
ferat āmouit contra asisium.
Terrā itaqꝫ nudauit ar
boribus. adiacentia cuncta
uastauit ⁊ sic in ciuitatem
obsidione resedit. Firmat
uerbis minacibꝰ se inde
nullatenus recessurum
donec ipam habuit ciui
tate. Jamqꝫ ad id deuent

erat. ut de ciuitatis peri
culo ipsorum timētur.
Quod cū audisset famula clara.
la ꝫ uehemēter ingemuit.
⁊ sororibꝰ ad se uocatis ait.
Ab ista ciuitate kme filie
multa cotidie bona suscī
pimus. ⁊ impium ualde est:
si nō in tempore oportuno
ei prout possimus succur
ramus. quibet afferri cinēs
iubet capita nudare soro
ribus. ac primū suū exop
